



# Disputatio medica inauguralis de phthisi

<https://hdl.handle.net/1874/343800>

26.

D I S P U T A T I O M E D I C A  
I N A U G U R A L I S ,  
D E  
P H T H I S I ,

A U S P I C E D E O O P T . M A X .  
*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

M. GERARDI de VRIES ,

Philosophiae Doctoris , ejusdemque Facultatis in Illustri  
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii ,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academicî Consensu , Nobilissimeque  
Facultatis MEDICÆ Decreto ,*

P R O G R A D U D O C T O R A T U S  
Summisque in MEDICINA Honoribus , & Privilegiis , rite  
& legitimè consequendis ,

*Eruditorum examini submitit*

P E T R U S C O C H O Y , P A L A T I N U S .  
*Ad diem 8. Augusti , horis locoque solitis.*



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officinâ F R A N C I S C I H A L M A , Academice  
Typographi , c l o I C C x c i i .

D I S S U T A T I O N E M D I C A  
I N K O O C K A V A Z

D E

# П Н Т Н І З І

Г О Д  
A U S L I C E D I E O O F T H A X  
Academie Universitate Polonoae Cracoviensis

M G E R A R D I E V R I E S

T h o m o s D o g e s , d i c t u r e s P r o f e s s o r i s M i n i s t r i  
A c a d e m i e U n i v e r s i t a t i e s O c t o b r i

И Е С : И О Н

A u s l i c e s t u d i u m A c a d e m i e C r a c o v i e A c a d e m i e  
L e g i o n e V E R D I C E T U S  
T h o m o s G E R A R D I E V R I E S  
G u o d o n s t r a t u s , p r o f e s s o r i s , p r o f e s s o r i s ,  
A c a d e m i e C r a c o v i e ,  
A c a d e m i e C r a c o v i e ,

P E T R U S C O C H O Y , L a t i n i s t u s  
R e c o r d u s , s u b s t i t u u s , p r o f e s s o r i s ,



T R A J A C T O R I A R H I T O R I A

---

E s O c i e t y P R A N G A S I H A L M A , A c a d e m i e  
T y p o g r a p h i , e d I o c x c i i .



DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
P H T H I S I.  
T H E S I S I.



Omo à muliere natus ævi brevis est, insuperque obnoxius multis corporis calamitatibus, quibus quotidianus affigitur; ex istis non minima Phthisis, morbus hisce in locis satis frequens. Ut itaque hanc oppugnare, quantumque possibile expugnare possimus, non abs re fore mihi visum est, breviter hac disputacione ejus inquirere indolem, & medica quibus amoliamur arma proponere.

II.

Derivatur Phthisis ἀπὸ τῆς φθονεῖν, id est corrumpere, quia pulmones in ea corrumpuntur; vel consumere, quia totum corpus in ea consumitur.

A 2

Phthi-

DISPUTATIO MEDICA  
III.

Phthisis in genere omnem corporis consumptionem;  
in specie, ac proprie eam corporis extenuationem, quæ  
pulmonum ulcus consequitur, significat.

IV.

Hæc definiri potest, totius corporis consumptio, à  
febre lenta & putrida, quæ ab ulcere pulmonum pro-  
venit, ortum habens.

V.

Consumptio hæc originem dicit à febre putrida ac  
lenta, quæ alimenti concoctionem in toto corpore im-  
pedit, & calore illo præternaturali id, quod concoctum  
& appositum est absunit.

VI.

Febris vero origo est à putridis vaporibus, è pulmo-  
nis ulcere ad cor continuo exhalantibus, caloremque  
in eo accendentibus, qui per arterias cum sanguine &  
spiritibus in totum corpus diffusus illud totum calefacit.

VII.

Illa febris ob longitudinem & causæ perseverantium  
in hecticam degenerat: aliquando autem in phthisicis  
observantur intermittentium febrium paroxysmi.

VIII.

Pulmonis exulceratio, indeque nata putredo oritur.  
1. Ab

## I N A U G U R A L I S.

ii. Ab inflammatione pulmonum in peripneumonia , in qua non tantum sanguis coctione in pus convertitur; sed & pulmonum substantia in ulcus abit.

## I X.

2. A ruptura vasorum pulmonum, quæ ob continuam pulmonum dilatationem & constrictionem coalescere & consolidari nequit, unde temporis diuturnitate in ulcus sordidum conversa vicinam pulmonum substantiam putredine afficit & corrumpit: hujus vasorum rupturæ causa interdum existit nimia & vehemens pulmonum dilatatio in vociferatione, sufflatione valida, vel conatu intenso in rebus gestandis aut volvendis; vel excrementis excernendis, aut foetu excludendo.

## X.

3. A pulmonum vulnere à causis externis producto: punctura scil. ictu, casu &c.

## X I.

4. Ab humoribus acribus & falsis, catarrhi ferini materia; illi enim à cerebro in pulmones defluentes, primum sua acrimonia tussim excitant, hinc ipsos erodunt, exciduntque: horum generationi occasionem præbent aér nimis calidus, humidus, & præsertim autumnalis, tabidis malus. Hip. 10. 13. Sect. 3. cibi potusque acres & falsi, qui que caput vaporibus ejusmodi replent: denique omnia alia, ob quæ excrementa acria in capite generantur, pulmonique communicantur.

6 DISPUTATIO MEDICA

X I I.

5. A catarro per se benigno & pituitoso, sed diutius in pulmonibus permanente, & tandem acrimoniam adepto. Aëris, quam descripti, constitutio hic etiam locum habet, & cibi copiosi, & potus, è quibus multa pituita generari potest.

X I I I.

6. A contagio seu phthisicorum exhalationibus, unde phthisis est morbus contagiosus.

X I V.

Causa hujus morbi sunt humores acres in pulmonibus geniti, & ob nimis apertos poros à reliquo sanguine separati, ibique collecti, vel ab aliis partibus per destillationem eo delapsi. Hi vellicatis bronchiis irritant tussim, & substantiam pulmonum erodunt, & ibi ulcus producunt, quod nunc modo sanguinem, modo pus in bronchia deponunt, eaque tum quantitate, tum acrimonia sua stimulant, & expunctionem sanguinis ac puris tussiculosam excitant.

X V.

Diagnostica phthiseos signa ab Hipp. i. de morbis memorata, alia incipientem, alia auctum, alia vero confirmatum affectum, in primis a pituita benigniori ortum, ostendunt.

X VI.

Phthisin incipientem ostendunt humoris seu pituitæ a ca-

## I N A U G U R A L I S.

a capite in pulmonem destillatio ; tussis levis , sputum paulo amarius solito , & levis aliquando febricula ; qui bus addi possunt prava conformatio thoracis & juvenilis etas.

## X V I I .

Auctam testantur tussis invalescente destillatione , à qua pulmo irritatur ad expulsionem rei noxiae , vehementior & molestior : gravitas thoracis ex materia in pulmone congesta orta , acutus ante & retro dolor , qui ortum dicit ex molestissima illa tussi ; sputum , quandoquidem materia jam fluxa putredinem concipit , putrescens & subcrastum ; febris major & intensior ; nam in progressu morbi putredo inducitur , & corporis extenuatio.

## X V I I I .

Signa phthiseos confirmatae sunt , sputi magis purulentii , imo aliquando puris sinceri excreatio , febres vehementiores ac acutiores , tussis quam antea frequentior ac fortior , quoniam plurima est irritatio , raro vero expurgatio , inappetentia quæ ægrotantes vexat ac maiorem corporis consumptionem indicat , alvi fluxus , qui ab humore vel pituita ex capite profluente producitur , summa extenuatio totius corporis , respiratio difficilis , quia bronchia pulmonis a materia putrida & purulenta obstruuntur , &c.

## X I X .

Omnis phthisis gravis & periculosus est morbus , ac si se diutinus , qui interdum in multos protrahit annos.

## 8 DISPUTATIO MEDICA I

nos; imminens aliquando præcaveri potest; confirmata & perfecta est incurabilis; incipiens curatu difficilis, non tamen plane incurabilis, si mature ei convenientia adhibeantur remedia.

### X X.

Spem curationis præbere possunt, vires robustæ, sputum album æquale unius coloris, & quod facile expectoratur: si humor a capite defluens ad nares convertatur, si remittatur febris, si appetitus vigeat, sitis absit, alvus quotidie compacta & assumptis convenientia deponat, aut habeat pectus amplum & hirsutum.

### X X I.

Quibus phthisicis sputum graviter olet aut fluxus alvi supervenit, aut sputum supprimitur, mors in proprio quo est.

### X X II.

Peractis iis quæ ad præsentem & futuram cognitionem hujus affectus spectant, ad ejus Curationem transeo, & primo quidem præmitto prophylacticam. Ad corrigendum igitur pravam illam propensionem in tabem, convenit victus contrarius uniuscujusque constitutioni vitiosæ, sanguinem emendans, eumque mitim ac blandum reddens, & omnem illius acrimoniam, aut vitium quodvis corrigens; qualia sunt balnea aquarum dulcium, usus lactis, & etiam sequens decoctum exhibitum.

R. Rad.

## I N D I A U M G U R T A L I I S . 9

R. Rad. Chin. mctf. 3ij.

ruf. sanguin. currin. 3ij.

Decoq. f. a. inf. q. aq. cap. ven.

& farfar. ana. 1bij.

ad tertia part. consuupt. colat. sumat. ager mane 3ij.

& tantundem bibat in prandio & cena.

## X X I I .

Humores mali qui in corpore redundant, quam diu corpus non valde est consumptum, blandis purgantibus sunt auferendi, per intervalla repetitis, & quidem tali haustulo:

R. Fol. senn. el. 3i*ß*.

Rhabarb. el. 3i*ß*.

sem. anisi 3iv.

Infunde in seri lactis caprini q. f. colat. 3i*ß*.

M. F. H. mane exhibendus.

Catarri quibuscum nobis hic maxima res est, affectum augentes & foventes, sunt educendi, & revellendi: quod si in principio phthiseos ob contumaciam id obtinere nequeamus medicamentis leniter purgantibus, valentiora usurpari possunt.

## X X I V .

Cacochymia ablata, tandem ad curationem ulceris accelerandum est, ad quam duo genera medicamentorum requiruntur, astringentia & consolidantia. Primo sunt adhibenda ulceris abstersioni infervientia, & quod abstersum est tussi & sputo leniter educentia (quæ vocantur expectorantia) ne in pulmone lorde subsistant, & eum amplius corruptant; huic usui infervire posset tale apozema.

B

R. Herb.

## 10 DISPUTATIO MEDICAL

*Rx.* *Herb. agrim. capill. veneris, Hyssop. scabiosa,*  
*ana. m. j.*

*tussilag. prassii ana. m. 3.*

*Rad. enul. camp. 3j.*

*aristoloch. 3 3.*

*paffal. major enuoleat. 3ij.*

*Coq. in. s. q. hydromell. colat. 3xx. adde syr. de  
presso, de tussilag. ana. 3j.*

*M. F. apozema.*

Et etiam ad facilitandum & leniendum sputum utatur  
Patiens hoc linctu,

*Rx.* *Syr. scabios.*

*Cap. ven. ana. 3j.*

*Liquirit, Hyssop. ana. 3 3.*

*Spec. diatrag. frig. 3j.*

*M. F. Linctus.*

Postquam detersum est ulcus, ejus consolidationi est in-  
cumbendum, & quidem tali apozemate.

*Rx.* *Rad. symphit. major. 3ib.*

*althea 3 3.*

*Herb. alchimill. consol. saracenic.*

*Sanicul. veronic. ana. M 3.*

*summ. hyperic. M. j.*

*Coq. s. a in s. q. ag. comm. colat. 3xx.*

*adde syr. symphit. fernel. 3ij.*

*M. F. apozema.*

Inservire etiam potest sequens conditum

*Rx.* *Conf. ros. rubr. antiquar. 3ij.*

*flor. sulphur. 3ib.*

*syr. veronic. q. s.*

*syr. sulphur. gtt. x.*

*M. F. Conditum.*

Deteriori simul & glutinationi inservit lac muliebre,  
vel

# I N A U G U R A L I S.

vel asinum, vel caprinum; lac quoque tussim lenit, &  
extenuationem corporis restaurat.

Lac ergo est præstantissimum in phthisi remedium.

## XXV.

Diætam quod spectat, aër debet esse temperatus, ver-  
gens ad siccitatem, quia aër siccus ad ulcera pulmonis  
sananda utilissimus est. Ad maciem corporis emendan-  
dam cibi sint boni succi, faciles concoctu & multi nutri-  
menti, inter quos primum locum obtinet lac muliebre  
vel caprinum.

Ubi absterendum, potus sit aq, hord. in qua sacch.  
rosar. sit dissolutum: vinum exhibere etiam licet, sed  
modicè; porro phthisici vehementia exercitia, ac ani-  
mi pathemata vitent: somnus & vigiliae moderatæ sint;  
excrementa naturalia quotidie egerantur.



V. I.

S I N I T

CO-

# COROLLARIA.

I.

VII

*In Phthisi incipiente vena sectio conduce-*

*cit.*

*In dyserteria conductit purgatio.*

III.

*In dyserteria conductit purgatio.*

III.

*Quandoque vomitorium.*

IV.

*Clysteres nutrientes non dantur.*

F I N I S.